



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Hermannii Conringii De Antiquitatibus Academicis  
Dissertationes**

**Conring, Hermann**

**Helmestadii, 1674**

Svpplementvm LXIV. Ad pag. CXXXIV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12929**

Ad pag. cxxxiv.

**B**ulla Gregorii IX Papæ, cuius quædam verba produxi-  
mus fide Naudæi, si integra prodiisset haec tenus in lucem,  
potuissimus multa certò constituere. Observari autem ex  
verbis adductis etiam hoc licet; jam tum Papali auctoritate  
constitutum Cancellarium aliquem, à quo dependeat honorum  
Doctoralium collatio. Et verò ad hoc Parisiensis Scholæ  
exemplum videntur passim ex eo tempore in eundem usum  
Academici Cancellarii cœpisse. Ut sanè antehac nullius  
Doctoralium honorum collationis, ita nec ulla Academici  
Cancellarii usquam reperitur memoria. Mirum verò, hu-  
jus Gregorianæ Bullæ nullam esse à Filefaco etiam factam  
mentionem, in libro perquam accuratè aliàs conscripto de  
Schola Theologica Parisiensi, editoq; Lutetiæ anno 1620.

## SUPPLEMENTVM LXV.

Ad pag. cxxxv.

**Q**uæ Fileacus distinxerit hac pagina Dissertationis, illa con-  
firmanturiis quæ de Petro Abælardo narravit Otto Fri-  
singensis *l. i de gestis Friderici Imperatoris cap. 47.* Habuit  
primo præceptorem Rozelinum quendam; qui primus nostris tempo-  
ribus sententiam vocum instituit, & post ad gravissimos viros Ansel-  
mum Laudunensem & Guilhelnum Campellensem Catalauni Episco-  
pum migrans, ipsorum dictorum pondus tanquam subtilitatis acu-  
mine vacuum judicans, non diu sustinuit. Inde magistrum inda-  
ens Parrhisiós venit, plurimum in inventionum subtilitate, non so-  
lum ad Philosophiam necessariarum, sed & pro commovendis ad  
jocos animis utilium, valens. Ubi occasione quadam satis notà non  
benè tractatus, monachus in monasterio S. Dionysii effecitus est. Ibi  
die noctuque lectioni ac meditationi incubans, de acuto acutior, de  
literato efficitur literatior: in tantum, ut post aliquid tempus ab  
obedientia